



IN FORTISSIMVM, STRENVISSIMVM ATQVE
Guyssum, totius Galliae splendorem, inopinata
 Horridus excelsum quisquam conscendit Olympum,
 Clangor! et infelix Gallia tota fremit!
 Murmure cur tanto resonant iam tecta domorum!
 Mœstaque plebs lachrymis irrigat ora suis!
 Armataque patent curtos per compita nostra
 Urbs! et innumerus occupat inde tremor!
 Tristisque incedunt vultu, ruoque susurro
 Auribus inquirunt, quæ nova facta ferunt!
 Ah miser! immoto vix possum sistere fletu!
 Attonitumque meum fluctuat ingenium.
 Ah! petis! infandumque iubes renouare dolorem!
 Nullus et hæc fando temperat à lachrymis.
 Ah! petis! an nefcis quid nuper cæde cruenta
Guyssus in Coelo gaudeat empyreo?
 O decus! o splendor! Gallorum o gloria tota!
 Quis tua non tristi pectore fata luget?
 O mors à cunctis miseranda fidelibus atrox!
 O mors crudelis! Gallia mœsta luge.

MAGNANIMVM HEROËM, DOMINVM
 morte peremptum, lugubre Carmen.
 Proh! Scelus indignum atque horrenda morte piandum
 Mortis quis tantæ conscius ille fuit
 Æthera terribili feriamus celsâ boatu,
 Vt Deus hoc tantum vindicet ipse nefas.
 Dispereat tantæ cladis qui conscius atque
 Districtus misera pendeat ipse rota.
 Ardeat in viuo submersus sulphure totus
 Huic luctus, lachrymæ, perpetuusque dolor.
 Fulmine dispereat magni de scæde Tonantis,
 Mergat et in tristes cymba Charontis aquas.
 Sed tibi (dulce meum) quid prodest copia luctus?
 Guyssie, iam quâ tristitia corda uiuant?
 Sarcophago contentus ades, tumuloque iacentem
 Somnum habeas placidus, nec dolor illus erit.
 Spargite iam flores, manibus date lilia plenis,
 Tollite Guyssiacum, dicite dulce melos.
 Ast ego facta canam, dicamque nouissima verba:
 Huic pax, huic requies: Gallia dicat Amen.

